



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 230. Ludovicus Andegavensis a Regina adoptatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1423.

tu cingitur, invadit, ac cum tota classe sua portum, rupta, qua claudebatur, catena, ingreditur, inde in aggerem ad ripam descendit, primisque obviis ædibus ignem infert, & totam urbem inopino metu percussam, paucis duntaxat civibus, iisque ignave resistantibus, occupat. Ergo, postquam tribus integris diebus eam vastavit, diripuitque, tandem urbis opulentissimæ spoliis onustus, cum partam tueri posse desperaret, iter suum in Hispaniam profecutus est, ablatis inde S. Ludovici Episcopi Tolosani reliquiis, quæ Massiliæ extra muros in Ecclesia Franciscanorum asservabantur, postea vero ab eo in Valentina Cathedrali Ecclesia magno honore collocatæ fuerunt.

§. CCXXX.

Ludovicus Andegavensis a Regina adoptatus.

Equidem Alphonsus ægerrime tulit, adoptionis suæ tabulas a Regina fuisse rescissas, longe vehementiori tamen dolore Neapolitani Regni jus in Ludovicum Andegavensem translatum intellexit, quo nihilominus nuncio summus Pontifex non modice lætabatur; unde Ludovici adoptionem diplomate prima Octobris dato confirmabat, eidemque suas submittebat copias, quibuscum Ludovicus nulla
mora

mora ad Reginam se contulit. Subidem quoque tempus Sfortia Braccium aggressus est, qui Alphonfi partes tuebatur, & Aquilam, quæ urbs unica Ludovico adhucdum parebat, oppugnavit. In quo bello ambo isti tam insignes, Heroes perierunt. Sfortia quidem sub initium anni proximi in transitu fluvii Pescariæ solus ex toto suo exercitu aquis submersus, Braccius autem in prælio, quod infausto Marte contra Franciscum Sfortiam prioris Filium commiserat, trucidatus est. Ludovicus subsidiariis Genuensium, & Mediolanensium copiis auctus omnia ab Arragonensibus capta recuperavit, & Regni Neapolitani possessionem tenuit usque ad ultimum vitæ suæ diem, qui ei post decem annos funestus illuxit.

Sæcul. XV.

A. C. 1423.

§. CCXXXI.

Bellum Ducis Mediolanensis contra Florentinos.

Hoc anno novum bellum in Italia ortum est Florentinos inter, & Philippum Mariam Mediolanensium Ducem. Hic enim Genua, & Liguria haud ita pridem suæ potestati subactis, Principatus sui limites insaturabili cupiditate in detrimentum Florentinæ Reipublicæ extendere nitebatur, & Forojulium antehac foedere junctum Florentinis, quibus Papa minus

Blond.

3. Dec. 1.2.3.

Pogg. lib.5.

minus